

# Sancta Missa

## LINGUA LATINA

## ESPAÑOL

### Ritus initiales

#### Introitus

V. In nómine Patris, et Fílii, et Spíritus Sancti.

R. Amen.

V. Dóminus vobíscum.

R. t cum spíritu tuo.

*Vel:*

V. Grátia Dómini nostri Iesu Christi, et cáritas Dei, et comunicátio Sancti Spíritus sit cum ómnibus vobis.

R. Et cum spíritu tuo.

V. Fratres, agnoscámus peccáta nostra, ut apti simus ad sacra mystéria celebránda.

Confíteor Deo omnipoténti et vobis, fratres, quia peccávi nimis cogitatióne, verbo, ópere et omissióne: mea culpa, mea culpa, mea máxima culpa.

Ideo precor beátam Maríam semper Vírginem, omnes Angelos et Sanctos, et vos, fratres, oráre pro me ad Dóminum Deum nostrum.

V. Misereátur nostri omnípotens Deus, et, dimíssis peccátis nostris, perdúcat nos ad vitam ætérnam.

### Ritos iniciales

#### Antífona de entrada

V. En el nombre del Padre, y del Hijo, y del Espíritu Santo.

R. Amén.

V. El Señor esté con vosotros.

R. Y con tu espíritu.

*O bien:*

V. La gracia de nuestro Señor Jesucristo, el amor del Padre y la comunión del Espíritu Santo estén con todos vosotros.

R. Y con tu espíritu.

V. Hermanos: Para celebrar dignamente estos sagrados misterios, reconozcamos nuestros pecados.

Yo confieso ante Dios todopoderoso y ante vosotros, hermanos, que he pecado mucho de pensamiento, palabra, obra y omisión. Por mi culpa, por mi culpa, por mi gran culpa. Por eso ruego a santa María, siempre Virgen, a los ángeles, a los santos y a vosotros, hermanos, que intercedáis por mí ante Dios, nuestro Señor.

V. Dios Todopoderoso tenga misericordia de nosotros, perdone nuestros pecados y nos lleve a la vida eterna.

R. Amen.

**Kyre**

V. Kýrie, eléison.

R. Kýrie, eléison.

V. Christe, eléison.

R. Christe, eléison.

V. Kýrie, eléison.

R. Kýrie, eléison.

**Gloria**

Glória in excélsis Deo et in terra pax  
homínibus bonæ voluntátis.

Laudámus te, benedícimus te,  
adorámus te, glorificámus te, grátias  
ágimus tibi propter magnam glóriam  
tuam, Dómine Deus, Rex cæléstis,  
Deus Pater omnípotens. Dómine Fili  
unigénite, Iesu Christe, Dómine Deus,  
Agnus Dei, Fílius Patris, qui tollis  
peccáta mundi, miserére nobis; qui  
tollis peccáta mundi, súscipe  
deprecatióem nostram. Qui sedes ad  
déteram Patris, miserére nobis.

Quóniam tu solus Sanctus, tu solus  
Dóminus, tu solus Altíssimus, Iesu  
Christe, cum Sancto Spíritu: in glória  
Dei Patris.

Amen.

**Oratio collecta**

R. Amen.

**Liturgia verbi**

**Lectio prima**

R. Amén.

**Kyrie**

V. Señor, ten piedad.

R. Señor, ten piedad.

V. Cristo, ten piedad.

R. Cristo, ten piedad.

V. Señor, ten piedad.

R. Señor, ten piedad.

**Gloria**

Gloria a Dios en el Cielo, y en la  
tierra paz a los hombres que ama el  
Señor. Por tu inmensa gloria te  
alabamos, te bendecimos, te  
adoramos, te glorificamos, te damos  
gracias, Señor Dios, Rey celestial,  
Dios Padre todopoderoso. Señor,  
Hijo único, Jesucristo. Señor Dios,  
Cordero de Dios, Hijo del Padre; tú  
que quitas el pecado del mundo, ten  
piedad de nosotros; tú que quitas el  
pecado del mundo, atiende nuestra  
súplica; tú que estás sentado a la  
derecha del Padre, ten piedad de  
nosotros; porque sólo tú eres Santo,  
sólo tú Señor, sólo tú Altísimo,  
Jesucristo, con el Espíritu Santo en  
la gloria de Dios Padre.  
Amén.

**Oración colecta**

R. Amén.

**Liturgia de la palabra**

**Primera lectura**

V. Verbum Dómini.

R. Deo grátias.

*Psalmus responsorius*

*Lectio secunda*

V. Verbum Dómini.

R. Deo grátias.

*Alleluia vel cantus*

*Evangelium*

V. Dóminus vobíscum.

R. Et cum spírítu tuo

V. ✠ Lécitio sancti Evangélli secúndum  
N.

R. Glória tibi, Dómine.

*Expleto Evangelio:*

V. Verbum Dómini.

R. Laus tibi, Christe.

*Professio fidei*

Credo in unum Deum, Patrem  
omnipoténtem, factórem cæli et terræ,  
visibílium ómnium et invisibílium.

Et in unum Dóminum Iesum Christum,  
Fílium Dei unigénitum, et ex Patre  
natum ante ómnia sæ´cula. Deum de  
Deo, lumen de lúmíne, Deum verum de  
Deo vero, génitum, non factum,  
consubstantiálem Patri: per quem ómnia  
facta sunt. Qui propter nos hómines et

V. Palabra de Dios.

R. Te alabamos, Señor.

*Salmo responsorial*

*Segunda Lectura*

V. Palabra de Dios.

R. Te alabamos, Señor.

*Aleluya o canto*

*Evangelio*

V. El Señor esté con vosotros.

R. Y con tu espírítu

V. ✠ Lectura del santo Evangelio  
según san N.

R. Gloria a ti, Señor.

*Acabado el Evangelio:*

V. Palabra de Dios.

R. Gloria a ti, Señor Jesús.

*Profesión de fe*

Creo en un solo Dios, Padre  
todopoderoso, Creador del cielo y de  
la tierra, de todo lo visible y lo  
invisible.

Creo en un solo Señor, Jesucristo,  
Hijo único de Dios, nacido del Padre  
antes de todos los siglos: Dios de  
Dios, Luz de Luz, Dios verdadero de  
Dios verdadero, engendrado, no  
creado, de la misma naturaleza del  
Padre, por quien todo fue hecho; que

propter nostram salutem descendit de caelis.

(Ad verba quae sequuntur, usque ad factus est, omnes se inclinant.)

Et incarnatus est de Spiritu Sancto ex Maria Virgine, et homo factus est. Crucifixus etiam pro nobis sub Pontio Pilato; passus et sepultus est, et resurrexit tertia die, secundum Scripturas, et ascendit in caelum, sedet ad dexteram Patris. Et iterum venturus est cum gloria, iudicare vivos et mortuos, cuius regni non erit finis.

Et in Spiritum Sanctum, Dominum et vivificantem: qui ex Patre Filioque procedit. Qui cum Patre et Filio simul adoratur et conglorificatur: qui locutus est per prophetas. Et unam, sanctam, catholicam et apostolicam Ecclesiam. Confiteor unum baptismum in remissionem peccatorum. Et expecto resurrectionem mortuorum, et vitam venturi saeculi. Amen.

Oratio fidelium

### Liturgia eucharistica

V. Benedictus es, Domine, Deus universi, quia de tua largitate accepimus panem, quem tibi offerimus, fructum terrae et operis manuum hominum: ex quo nobis fiet panis vitae.

R. Benedictus Deus in saecula.

por nosotros, los hombres, y por nuestra salvación bajó del cielo, (En las palabras que siguen, hasta se hizo hombre, todos se inclinan.)

y por obra del Espíritu Santo se encarnó de María, la Virgen, y se hizo hombre; y por nuestra causa fue crucificado en tiempos de Poncio Pilato; padeció y fue sepultado, y resucitó al tercer día, según las Escrituras, y subió al cielo, y está sentado a la derecha del Padre; y de nuevo vendrá con gloria para juzgar a vivos y muertos, y su reino no tendrá fin.

Creo en el Espíritu Santo, Señor y dador de vida, que procede del Padre y del Hijo, que con el Padre y el Hijo recibe una misma adoración y gloria, y que habló por los profetas. Creo en la Iglesia, que es una, santa, católica y apostólica. Confieso que hay un solo bautismo para el perdón de los pecados. Espero la resurrección de los muertos y la vida del mundo futuro. Amén.

Oración de los fieles

### Liturgia eucarística

V. Bendito seas, Señor, Dios del universo, por este pan, fruto de la tierra y del trabajo del hombre, que recibimos de tu generosidad y ahora te presentamos; él será para nosotros pan de vida.

R. Bendito seas por siempre, Señor.

V. Benedíctus es, Dómine, Deus univérsi, quia de tua largitáte accévimus vinum, quod tibi offérimus, fructum vitis et ópe ris mánuum hóminum, ex quo nobis fiet potus spiritális.

R. Benedíctus Deus in sæcula.

V. Oráte, fratres: ut meum ac vestrum sacrificium acceptábile fiat apud Deum Patrem omnipoténtem.

R. Suscípiat Dóminus sacrificium de mánibus tuis ad laudem et glóriam nóminis sui, ad utilitátem quoque nostram totiúsque Ecclésiæ suæ sanctæ.

#### Oratio super oblata

R. Amen.

#### Prex eucharistica

V. Dóminus vobíscum.

R. Et cum spírítu tuo.

V. Sursum corda.

R. Habémus ad Dóminum.

V. Grátias agámus Dómino Deo nostro.

R. Dignum et iustum est.

#### Præfatio

Vere dignum et iustum est, æqu- um et salutáre.

#### Sanctu

V. Bendito seas, Señor, Dios del universo, por este vino, fruto de la vid y del trabajo del hombre, que recibimos de tu generosidad y ahora te presentamos; él será para nosotros bebida de salvación.

R. Bendito seas por siempre, Señor.

V. Orad, hermanos, para que este sacrificio, mío y vuestro, sea agradable a Dios, Padre todopoderoso.

R. El Señor reciba de tus manos este sacrificio, para alabanza y gloria de su nombre, para nuestro bien y el de toda su santa Iglesia.

#### Oración sobre las ofrendas

R. Amén.

#### Plegaria eucarística

V. El Señor esté con vosotros.

R. Y con tu espírítu.

V. Levantemos el corazón.

R. Lo tenemos levantado hacia el Señor.

V. Demos gracias al Señor, nuestro Dios.

R. Es justo y necesario.

#### Prefacio

En verdad es justo y necesario, es nuestro deber y salvación.

#### Sanctus

Sanctus, Sanctus, Sanctus Dóminus  
Deus Sábaoth. Pleni sunt cæli et terra  
glória tua. Hosánna in excélsis.  
Benedíctus qui venit in nómine  
Dómini. Hosánna in excélsis.

Santo, Santo, Santo es el Señor,  
Dios del Universo. Llenos están el  
cielo y la tierra de tu gloria.  
Hosanna en el cielo. Bendito el que  
viene en nombre del Señor. Hosanna  
en el cielo.

### **Plegaria eucarística I**

Comienzo: Te ígitur, clementíssime Pater... [P. 6]

### **Plegaria eucarística II**

Prefacio propio optativo: Vere dignum et iustum est, æquum et salutáre, nos  
tibi, sancte Pater, semper et ubíque grátias ágere per Fílium dilectiónis tuæ  
Iesum Christum... [P. 10]

Comienzo: Vere Sanctus es, Dómine, fons omnis... [P. 11]

### **Plegaria eucarística III**

Comienzo: Vere Sanctus es, Dómine, et mérito... [P. 13]

### **Plegaria eucarística IV**

Prefacio propio: Vere dignum est tibi grátias ágere... [P. 16]

Comienzo: Confitémur tibi, Pater sancte... [P. 17]

### **Prex eucharistica I (SEU CANON ROMANUS)**

Te ígitur, clementíssime Pater, per  
Iesum Christum, Fílium tuum,  
Dóminum nostrum, súpplices rogámus  
ac pétimus, uti accépta hábeas et  
benedícas ✠ hæc dona, hæc múnera,  
hæc sancta sacrificia illibáta, in primis,  
quæ tibi offérimus pro Ecclésia tua  
sancta cathólica: quam pacificáre,  
custodíre, adunáre et régere dignéris  
toto orbe terrárum: una cum fámulo tuo  
Papa nostro N. et Epísopo (Prælato)  
nostro N. et ómnibus orthodoxis atque  
catholicæ et apostólicæ fídei cultóribus.  
Meménto, Dómine, famulórum  
famularúmque tuárum N. et N. et  
ómnium circumstántium, quorum tibi

### **Plegaria eucarística I (O CANON ROMANO)**

Padre misericordioso, te pedimos  
humildemente por Jesucristo, tu Hijo,  
nuestro Señor, que aceptes y bendigas  
estos ✠ dones, este sacrificio santo y  
puro que te ofrecemos, ante todo, por  
tu Iglesia santa y católica, para que le  
concedas la paz, la protejas, la  
congregues en la unidad y la gobiernes  
en el mundo entero, con tu servidor el  
Papa N., con nuestro Obispo (Prelado)  
N., y todos los demás Obispos que,  
fieles a la verdad, promueven la fe  
católica y apostólica.  
Acuérdate, Señor, de tus hijos N. y N.  
y de todos los aquí reunidos, cuya fe y  
entrega bien conoces; por ellos y todos

fides cónnita est et nota de-vótio, pro quibus tibi offérimus: vel qui tibi offerunt hoc sacrificium laudis, pro se suisque ómnibus: pro redemptióne animárum suárum, pro spe salútis et incolumitátis suæ: tibíque reddunt vota sua æténo Deo, vivo et vero.

Communicántes, et memóriam venerántes, in primis gloriósæ semper Vírginis Mariæ, Genetrícis Dei et Dómini nostri Iesu Christi: sed et beáti Ioseph, eiúsdem Vírginis Sponsi, et beatórum Apostolórum ac Mártyrum tuórum, Petri et Pauli, Andréæ, (Iacóbi, Ioánnis, Thomæ, Iacóbi, Philíppi, Bartholomæ í, Matthæ í, Simónis et Thaddæ í: Lini, Cleti, Cleméntis, Xysti, Cornélii, Cypriáni, Lauréntii, Chrysógoni, Ioánnis et Pauli, Cosmæ et Damiáni) et ómnium Sanc tórum tuórum; quorum méritis precibúque concédas, ut in ómnibus prote ctiónis tuæ muniámur auxílio. (Per Christum Dóminum nostrum. Amen.)

Hanc ígitur oblatiónem servitútis nostræ, sed et cunctæ fa míliæ tuæ, quæ sumus, Dómine, ut placátus accípias: diésque nostros in tua pace dispónas, atque ab æténa damnatióne nos éripi et in electórum tuórum iúbeas grege numerári. (Per Christum Dóminum nostrum. Amen.)

Quam oblatiónem tu, Deus, in ómnibus, quæ sumus, benedíctam, adscríptam, ratam, rationábilem, acceptabilémque fácere dignéris: ut nobis Corpus et

los suyos, por el perdón de sus pecados y la salvación que esperan, te ofrecemos, y ellos mismos te ofrecen, este sacrificio de alabanza, a ti, eterno Dios, vivo y verdadero.

Reunidos en comunión con toda la Iglesia, veneramos la memoria, ante todo, de la gloriosa siempre Virgen María, Madre de Jesucristo, nuestro Dios y Señor; la de su esposo, san José; la de los santos apóstoles y mártires Pedro y Pablo, Andrés, (Santiago y Juan, Tomás, Santiago, Felipe, Bartolomé, Mateo, Simón y Tadeo; Lino, Cleto, Clemente, Sixto, Cornelio, Cipriano, Lorenzo, Crisógono, Juan y Pablo, Cosme y Damián,) y la de todos los santos; por sus méritos y oraciones concédenos en todo tu protección. (Por Cristo, nuestro Señor. Amén.)

Acepta, Señor, en tu bondad, esta ofrenda de tus siervos y de toda tu familia santa; ordena en tu paz nuestros días, líbranos de la condenación eterna y cuéntanos entre tus elegidos. (Por Cristo, nuestro Señor. Amén.)

Bendice y santifica, oh Padre, esta ofrenda, haciéndola perfecta, espiritual y digna de ti, de manera que sea para nosotros Cuerpo y Sangre de

Sanguis fi at dilectíssimi Fílii tui,  
Dómini nostri Iesu Christi.

Qui, prídie quam paterétur, accépit  
panem in sanctas ac venerábiles manus  
suas, et elevátis óculis in cælum ad te  
Deum Patrem suum omnipoténtem, tibi  
grátias agens benedíxit, fregit, dedítque  
discípulis suis, dicens:

ACCÍPITE ET MANDUCÁTE  
EX HOC OMNES: HOC EST  
ENIM CORPUS MEUM,  
QUOD PRO VOBIS TRADÉTUR.

Símili modo, postquam cenátum est,  
accípiens et hunc præclárum cálicem in  
sanctas ac venerábiles manus suas, item  
tibi grátias agens benedíxit, dedítque  
discípulis suis, dicens:

ACCÍPITE ET BÍBITE  
EX EO OMNES: HIC EST ENIM  
CALIX SÁNGUINIS MEI NOVI  
ET ÆTÉRNI TESTAMÉNTI, QUI  
PRO VOBIS ET PRO MULTIS  
EFFUNDÉTUR IN  
REMISSIONEM PECCATÓRUM.  
HOC FÁCITE IN MEAM  
COMMÉMORATIONEM.

**V.** Mystérium fídei.

**R.** Mortem tuam annuntiámus, Dó  
mine, et tuam resurrectiónem confi  
témur, donec vénias.

Unde et mémoires, Dómine, nos servi  
tui, sed et plebs tua sanc ta, eiúsdem

tu Hijo amado, Jesucristo, nuestro  
Señor.

El cual, la víspera de su Pasión, tomó  
pan en sus santas y venerables manos,  
y, elevando los ojos al cielo, hacia ti,  
Dios, Padre suyo todopoderoso, dando  
gracias te bendijo, lo partió, y lo dio a  
sus discípulos, diciendo:

TOMAD Y COMED TODOS  
DE ÉL, PORQUE ESTO ES  
MI CUERPO, QUE SERÁ  
ENTREGADO POR VOSOTROS.

Del mismo modo, acabada la cena,  
tomó este cáliz glorioso en sus santas  
y venerables manos, dando gracias te  
bendijo, y lo dio a sus discípulos,  
diciendo:

TOMAD Y BEBED TODOS  
DE ÉL, PORQUE ÉSTE ES EL  
CÁLIZ DE MI SANGRE,  
SANGRE DE LA ALIANZA  
NUEVA Y ETERNA, QUE SERÁ  
DERRAMADA POR VOSOTROS  
Y POR TODOS LOS HOMBRES  
PARA EL PERDÓN DE LOS  
PECADOS. HACED ESTO EN  
CONMEMORACIÓN MÍA.

**V.** Éste es el Sacramento de nuestra  
fe.

**R.** Anunciamos tu muerte,  
proclamamos tu resurrección. ¡Ven,  
Señor Jesús!

Por eso, Padre, nosotros, tus siervos, y  
todo tu pueblo santo, al celebrar este

Christi, Fílii tui, Dómini nostri, tam beátæ passiónis, necnon et ab ínferis resurrectionis, sed et in cælos gloriósæ ascensiónis: offérimus præcláræ maiestáti tuæ de tuis donis ac datis hóstiã purã, hóstiã sanctã, hóstiã immaculátã, Panem sanctum vitæ æternæ et Cálícem salutis perpétuæ.

Supra quæ propítio ac seréno vultu respícere dignéris: et accépta habére, sícuti accépta habére dignátus es múnera púeri tui iusti Abel, et sacrificium Patriárchæ no stri Abrahæ, et quod tibi óbtulit summus sacérdos tuus Melchisedech, sanctum sacrificium, immaculátã hóstiã.

Súplices te rogámus, omnípotens Deus: iube hæc perférri per manus sancti Angeli tui in sublíme altáre tuum, in conspéctu divínæ maiestátis tuæ; ut, quotquot ex hac altáris participatióne sacrosánctum Fílii tui Corpus et Sánguinem sump sérimus, omni benedictióne cælésti et grátia repleámur. (Per Christum Dóminum nostrum. Amen.)

Meménto étiam, Dómine, famulórum famularúmque tuárum **N.** et **N.**, qui nos præcessérunt cum signo fídei, et dórmiunt in somno pacis.

Ipsis, Dómine, et ómnibus in Christo quiescéntibus, locum refrigerii, lucis et pacis, ut indúlgeas, deprecámur. (Per Christum Dóminum nostrum. Amen.)

memorial de la muerte gloriosa de Jesucristo, tu Hijo, nuestro Señor; de su santa resurrección del lugar de los muertos y de su admirable ascensión a los cielos, te ofrecemos, Dios de gloria y majestad, de los mismos bienes que nos has dado, el sacrificio puro, immaculado y santo: pan de vida eterna y cáliz de eterna salvación.

Mira con ojos de bondad esta ofrenda y acéptala, como aceptaste los dones del justo Abel, el sacrificio de Abrahán, nuestro padre en la fe, y la oblación pura de tu sumo sacerdote Melquisedec.

Te pedimos humildemente, Dios todopoderoso, que esta ofrenda sea llevada a tu presencia, hasta el altar del cielo, por manos de tu ángel, para que cuantos recibimos el Cuerpo y la Sangre de tu Hijo, al participar aquí de este altar, seamos colmados de gracia y bendición. (Por Cristo, nuestro Señor. Amén.)

Acuérdate también, Señor, de tus hijos **N.** y **N.**, que nos han precedido con el signo de la fe y duermen ya el sueño de la paz.

A ellos, Señor, y a cuantos descansan en Cristo, concédeles el lugar del consuelo, de la luz y de la paz. (Por Cristo, nuestro Señor. Amén.)

Nobis quoque peccatóribus fámulis tuis, de multitudíne miseratiónum tuárum sperántibus, partem áliquam et societátem donáre dignéris cum tuis sanctis Apóstolis et Martíribus: cum Ioáinne, Stéphano, Matthía, Bárnaba, (Ignátio, Alexándro, Marcellíno, Petro, Felicitáte, Perpétua, Agatha, Lúcia, Agnéte, Cæcília, Anastásia) et ómnibus Sanctis tuis: intra quorum nos consórtium, non æstimátor mériti, sed vénia, quæ sumus, largítor admítte.

Per Christum Dóminum nostrum.  
Per quem hæc ómnia, Dómine, semper bona creas, sanctíficas, vivíficas, benedícis, et præstas nobis.

V. Per ipsum, et cum ipso, et in ipso, est tibi Deo Patri omnipoténti, in unitáte Spíritus Sancti, omnis honor et glória per ómnia sæcúla sæculórum.

R. Amen.

[R. communionis, p. 20]

### Prex eucharistica II

V. Dóminus vobíscum.

R. Et cum spíritu tuo.

V. Sursum corda.

R. Habémus ad Dóminum.

V. Grátias agámus Dómino Deo nostro.

R. Dignum et iustum est.

Y a nosotros, pecadores, siervos tuyos, que confiamos en tu infinita misericordia, admítenos en la asamblea de los santos apóstoles y mártires Juan el Bautista, Esteban, Matías y Bernabé, (Ignacio, Alejandro, Marcelino y Pedro, Felicidad y Perpetua, Águeda, Lucía, Inés, Cecilia, Anastasia,) y de todos los Santos; y acéptanos en su compañía, no por nuestros méritos, sino conforme a tu bondad.

Por Cristo, Señor nuestro, por quien sigues creando todos los bienes, los santificas, los llenas de vida, los bendices y los repartes entre nosotros.

V. Por Cristo, con él y en él, a ti, Dios Padre omnipotente, en la unidad del Espíritu Santo, todo honor y toda gloria por los siglos de los siglos.

R. Amén.

[R. Comunió, p. 20]

### Plegaria eucarística II

V. El Señor esté con vosotros.

R. Y con tu espíritu.

V. Levantemos el corazón.

R. Lo tenemos levantado hacia el Señor.

V. Demos gracias al Señor, nuestro Dios.

R. Es justo y necesario.

Præfatio

Vere dignum et iustum est, æquum et salutáre, nos tibi, sancte Pater, semper et ubíque grátias ágere per Fílium dilectiónis tuæ Iesum Christum, Verbum tuum per quod cuncta fecísti: quem misísti nobis Salvatórem et Redemptórem, incarnátum de Spíritu Sancto et ex Vírgine natum. Qui voluntátem tuam adímplens et pópulum tibi sanctum acquírens exténdit manus cum paterétur, ut mortem sólveret et resurrectiónem manifestáret. Et ídeo cum Angelis et ómnibus Sanctis glóriam tuam prædicámus, una voce dicéntes:

Sanctus

Sanctus, Sanctus, Sanctus  
Dóminus Deus Sábaoth. Pleni sunt  
cæli et terra glória tua. Hosánna in  
excélsis. Benedíctus qui venit in  
nómine Dómini.  
Hosánna in excélsis.

Vere Sanctus es, Dómine, fons  
omnis sanctitátis. Hæc ergo dona,  
quæ sumus, Spíritus tui rore sanctífica,  
ut nobis Corpus et ✠  
Sanguis fiant Dómini nostri Iesu  
Christi.

Qui cum Passióni voluntárie  
traderétur, accépit panem et grátias  
agens fregit, dedítque discípulis  
suis, dicens:

Prefacio

En verdad es justo y necesario, es nuestro deber y salvación darte gracias, Padre santo, siempre y en todo lugar, por Jesucristo, tu Hijo amado. Por él, que es tu Palabra, hiciste todas las cosas; tú nos lo enviaste para que, hecho hombre por obra del Espíritu Santo y nacido de María, la Virgen, fuera nuestro Salvador y Redentor. Él, en cumplimiento de tu voluntad, para destruir la muerte y manifestar la resurrección, extendió sus brazos en la cruz, y así adquirió para ti un pueblo santo. Por eso, con los ángeles y los santos, proclamamos tu gloria, diciendo:

Sanctus

Santo, Santo, Santo es el Señor,  
Dios del Universo. Llenos están el  
cielo y la tierra de tu gloria.  
Hosanna en el cielo. Bendito el que  
viene en nombre del Señor. Hosanna  
en el cielo.

Santo eres en verdad, Señor, fuente  
de toda santidad; por eso te pedimos  
que santifiques estos dones con la  
efusión de tu Espíritu, de manera  
que sean para nosotros Cuerpo y ✠  
Sangre de Jesucristo, nuestro Señor.

El cual, cuando iba a ser entregado  
a su Pasión, voluntariamente  
aceptada, tomó pan, dándote  
gracias, lo partió y lo dio a sus

ACCÍPITE ET MANDUCÁTE  
EX HOC OMNES: HOC EST  
ENIM CORPUS MEUM,  
QUOD PRO VOBIS TRADÉTUR.

Símili modo, postquam cenátum est,  
accípiens et cálicem, íterum grátias  
agens dedit discípuis suis, dicens:

ACCÍPITE ET BÍBITE EX  
EO OMNES: HIC EST ENIM  
CALIX SÁNGUINIS MEI  
NOVI ET ÆTÉRNÍ  
TESTAMÉNTI, QUI PRO  
VOBIS ET PRO MULTIS  
EFFUNDÉTUR IN  
REMISSIÓNEM  
PECCATÓRUM. HOC FÁCITE  
IN MEAM  
COMMÉMORATIÓNEM.

V. Mystérium fídei.

R. Mortem tuam annuntiámus, Dómine,  
et tuam resurrectiÓnem confitémur,  
donec vénias.

Mémores ígitur mortis et  
resurrectiÓnis eius, tibi, Dómine,  
panem vitæ et cálicem salutis  
offérimus, grátias ágentes quia nos  
dignos habuísti astáre coram te et  
tibi ministráre.

Et súplices deprecámur ut Córporis  
et SÁnguinis Christi partícipes a  
Spíritu Sancto congregémur in  
unum.

discípuos diciendo:

TOMAD Y COMED TODOS  
DE ÉL, PORQUE ESTO ES  
MI CUERPO, QUE SERÁ  
ENTREGADO POR VOSOTROS.

Del mismo modo, acabada la cena,  
tomó el cáliz, y, dándote gracias de  
nuevo, lo pasó a sus discípuos,  
diciendo:

TOMAD Y BEBED TODOS  
DE ÉL, PORQUE ÉSTE ES EL  
CÁLIZ DE MI SANGRE,  
SANGRE DE LA ALIANZA  
NUEVA Y ETERNA, QUE  
SERÁ DERRAMADA POR  
VOSOTROS Y POR TODOS  
LOS HOMBRES PARA EL  
PERDÓN DE LOS PECADOS.  
HACED ESTO EN  
CONMEMORACIÓN MÍA.

V. Éste es el Sacramento de nuestra  
fe.

R. Anunciamos tu muerte,  
proclamamos tu resurrección. ¡Ven,  
Señor Jesús!

Así, pues, Padre, al celebrar ahora el  
memorial de la muerte y  
resurrección de tu Hijo, te  
ofrecemos el pan de vida y el cáliz  
de salvación y te damos gracias,  
porque nos haces dignos de servirte  
en tu presencia.

Te pedimos humildemente que el  
Espíritu Santo congrege en la

Recordáre, Dómine, Ecclésiæ tuæ toto orbe diffúsæ, ut eam in caritatē perficias una cum Papa nostro N. et Epíscopo (Prælato) nostro N. et univérso clero.

Meménto étiam fratrum nostrórum, qui in spe resurrectiõnis dormiérunt, omniúmque in tua miseratiõne defunctórum, et eos in lumen vultus tui admítte.

Omnium nostrum, quæsumus, miserére, ut cum beáta Dei Genetríce Vírgine María, beátis Apóstolis et ómnibus Sanctis, qui tibi a sæculo placuérunt, æternæ vitæ mereámur esse consórtes, et te laudémus et glorificémus per Fílium tuum Iesum Christum.

V. Per ipsum, et cum ipso, et in ipso, est tibi Deo Patri omnipoténti, in unitate Spíritus Sancti, omnis honor et glória per omnia sæcula sæculórum.

R. Amen.

[R. communionis, p. 20]

Prex eucharistica III

Vere Sanctus es, Dómine, et mérito te laudat omnis a te cóndita creatúra, quia per Fílium tuum, Dóminum nostrum Iesum Christum, Spíritus Sancti operánte virtúte, vivíficas et

unidad a cuantos participamos del Cuerpo y Sangre de Cristo.

Acuérdate, Señor, de tu Iglesia extendida por toda la tierra; y con el Papa N., con nuestro Obispo (Prelado) N., y todos los pastores que cuidan de tu pueblo, llévala a su perfección por la caridad.

Acuérdate también de nuestros hermanos que durmieron con la esperanza de la resurrección, y de todos los que han muerto en tu misericordia; admítelos a contemplar la luz de tu rostro. Ten misericordia de todos nosotros, y así, con María, la Virgen Madre de Dios, los apóstoles y cuantos vivieron en tu amistad a través de los tiempos, merezcamos, por tu Hijo Jesucristo, compartir la vida eterna y cantar tus alabanzas.

V. Por Cristo, con él y en él, a ti, Dios Padre omnipotente, en la unidad del Espíritu Santo, todo honor y toda gloria por los siglos de los siglos.

R. Amén.

[R. Comunió, p. 20]

Plegaria eucarística III

Santo eres en verdad, Padre, y con razón te alaban todas tus criaturas, ya que por Jesucristo, tu Hijo, Señor nuestro, con la fuerza del Espíritu Santo, das vida y santificas todo, y

sanctíficas univérſa, et pópulum tibi congregáre non désinis, ut a solis ortu usque ad occásum oblátio munda offerátur nómini tuo.

Súpplīces ergo te, Dómine, deprecámur, ut hæc múnera, quæ tibi sacránda detúlimus, eódem Spírītu sanctificáre dignéris, ut Corpus et ✠ Sanguis fiant Fílii tui Dómini nostri Iesu Christi, cuius mandáto hæc mystéria celebrámus.

Ipsē enim in qua nocte trad- batur accēpit panem et tibi grátias agens benedíxit, fregit, dedítque discípulis suis, dicens:

ACCÍPITE ET MANDUCÁTE  
EX HOC OMNES: HOC EST  
ENIM CORPUS MEUM,  
QUOD PRO VOBIS  
TRADÉTUR.

Símili modo, postquam cenátum est, accípiens cálicem, et tibi grátias agens benedíxit, dedítque discípulis suis, dicens:

ACCÍPITE ET BÍBITE  
EX EO OMNES: HIC EST  
ENIM CALIX SÁNGUINIS  
MEI NOVI ET ÆTÉRNI  
TESTAMÉNTI, QUI PRO  
VOBIS ET PRO MULTIS  
EFFUNDÉTUR IN  
REMISSIONEM  
PECCATÓRUM. HOC FÁCITE  
IN MEAM  
COMMÉMORATIONEM.

congregas a tu pueblo sin cesar, para que ofrezca en tu honor un sacrificio sin mancha desde donde sale el sol hasta el ocaso.

Por eso, Padre, te suplicamos que santifiques por el mismo Espíritu estos dones que hemos separado para ti, de manera que sean Cuerpo y ✠ Sangre de Jesucristo, Hijo tuyo y Señor nuestro, que nos mandó celebrar estos misterios.

Porque él mismo, la noche en que iba a ser entregado, tomó pan, y dando gracias te bendijo, lo partió y lo dio a sus discípulos diciendo:

TOMAD Y COMED TODOS  
DE ÉL, PORQUE ESTO ES MI  
CUERPO, QUE SERÁ  
ENTREGADO POR  
VOSOTROS.

Del mismo modo, acabada la cena, tomó el cáliz, dando gracias te bendijo, y lo pasó a sus discípulos, diciendo:

TOMAD Y BEBED TODOS  
DE ÉL, PORQUE ÉSTE ES EL  
CÁLIZ DE MI SANGRE,  
SANGRE DE LA ALIANZA  
NUEVA Y ETERNA, QUE  
SERÁ DERRAMADA POR  
VOSOTROS Y POR TODOS  
LOS HOMBRES PARA EL  
PERDÓN DE LOS PECADOS.  
HACED ESTO EN  
CONMEMORACIÓN MÍA

**V.** Mystérium fídei.

**R.** Mortem tuam annuntiámus, Dómine, et tuam resurrectionem confi témur, donec vénias.

Mémores ígitur, Dómine, eiúsdem Fílii tui salutíferæ passiónis necnon mirábilis resurrectionis et ascensionis in cælum, sed et præstolántes álterum eius advéntum, offérimus tibi, grátias referéntes, hoc sacrificium vivum et sanctum.

Réspice, quæ sumus, in oblationem Ecclésiæ tuæ et, agnóscens Hóstiam, cuius voluísti immolatione placári, concéde, ut qui Córpo et Ságuine Fílii tui refícimur, Spíritu eius Sancto repléti, unum corpus et unus spíritus inveniámur in Christo.

Ipsé nos tibi perfíciat munus ætérnum, ut cum eléctis tuis hereditátem cónsequi valeámus, in primis cum beatíssima Vírgine, Dei Genetríce, María, cum beátis Apóstolis tuis et gloriósis Martýribus (cum Sancto N.) et ómnibus Sanctis, quorum intercessióne perpétuo apud te confídimus adiuvári.

Hæc Hóstia nostræ reconciliatiónis profíciat, quæ sumus, Dómine, ad totíus mundi pacem atque salutem.

Ecclésiám tuam, peregrinántem in terra, in fide et caritate firmáre dignéris cum fámulo tuo Papa nostro N. et Episcopó (Prælató) nostro N., cum episcopáli órdine et unívsero clero et omni pópulo acquisitionis tuæ.

**V.** Éste es el Sacramento de nuestra fe.

**R.** Anunciamos tu muerte, proclamamos tu resurrección. ¡Ven, Señor Jesús!

Así, pues, Padre, al celebrar ahora el memorial de la Pasión salvadora de tu Hijo, de su admirable resurrección y ascensión al cielo, mientras esperamos su venida gloriosa, te ofrecemos, en esta acción de gracias, el sacrificio vivo y santo.

Dirige tu mirada sobre la ofrenda de tu Iglesia, y reconoce en ella la Víctima por cuya inmólación quisiste devolvernos tu amistad, para que, fortalecidos con el Cuerpo y Sangre de tu Hijo y llenos de su Espíritu Santo, formemos en Cristo un solo cuerpo y un solo espíritu.

Que él nos transforme en ofrenda permanente, para que gocemos de tu heredad junto con tus elegidos: con María, la Virgen Madre de Dios, los apóstoles y los mártires, (san N.) y todos los santos, por cuya intercesión confiamos obtener siempre tu ayuda.

Te pedimos, Padre, que esta Víctima de reconciliación traiga la paz y la salvación al mundo entero.

Confirma en la fe y en la caridad a tu Iglesia, peregrina en la tierra: a tu servidor, el Papa N., a nuestro Obispo (Prelado) N., al orden episcopal, a los presbíteros y diáconos, y a todo el pueblo redimido por ti.

Votis huius familiæ, quam tibi astare voluisti, adesto propitius. Omnes filios tuos ubique dispersos tibi, clemens Pater, miseratus coniunge.

Fratres nostros defunctos et omnes qui, tibi placentes, ex hoc sæculo transierunt, in regnum tuum benignus admitte, ubi fore speramus, ut simul gloria tua perenniter satiemur, per Christum Dominum nostrum, per quem mundo bona cuncta largiris.

**V.** Per ipsum, et cum ipso, et in ipso, est tibi Deo Patri omnipotenti, in unitate Spiritus Sancti, omnis honor et gloria per omnia sæcula sæculorum.

**R.** Amen.

[R. communionis, p. 20]

#### Præx eucharistica IV

**V.** Dominus vobiscum.

**R.** Et cum spiritu tuo.

**V.** Sursum corda.

**R.** Habemus ad Dominum.

**V.** Grátias agámus Dómino Deo nostro.

**R.** Dignum et iustum est.

#### Præfatio

Vere dignum est tibi grátias ágere, vere iustum est te glorifi cáre, Pater sancte, quia unus es Deus vivus et verus, qui es ante sæcula et pérmanes in ætérnum, inaccessíblem lucem inhábítans; sed et qui unus bonus atque fons vitæ cuncta

Atiende los deseos y súplicas de esta familia que has congregado en tu presencia. Reúne en torno a ti, Padre misericordioso, a todos tus hijos dispersos por el mundo.

A nuestros hermanos difuntos y a cuantos murieron en tu amistad recíbelos en tu reino, donde esperamos gozar todos juntos de la plenitud eterna de tu gloria, por Cristo, Señor nuestro, por quien concedes al mundo todos los bienes.

**V.** Por Cristo, con él y en él, a ti, Dios Padre omnipotente, en la unidad del Espíritu Santo, todo honor y toda gloria por los siglos de los siglos.

**R.** Amén.

[R. Comunion, p. 20]

#### Plegaria eucarística IV

**V.** El Señor esté con vosotros.

**R.** Y con tu espíritu.

**V.** Levantemos el corazón.

**R.** Lo tenemos levantado hacia el Señor.

**V.** Demos gracias al Señor, nuestro Dios.

**R.** Es justo y necesario.

#### Prefacio

En verdad es justo darte gracias, y deber nuestro glorificarte, Padre santo, porque tú eres el único Dios vivo y verdadero que existes desde siempre y vives para siempre; luz sobre toda luz. Porque tú sólo eres bueno y la fuente

fecísti, ut creatúras tuas benedictiõnibus adimpléres multásque lætifi cáres tui lúminis claritáte. Et ídeo coram te innúmeræ astant turbæ angelórum, qui die ac nocte sérviant tibi et, vultus tui glóriam contemplántes, te incessánte glorífi cant.

Cum quibus et nos et, per nostram vocem, omnis quæ sub cælo est creatúra nomen tuum in exsultatiõne confi témur, canétes:

### Sanctus

Sanctus, Sanctus, Sanctus Dóminus Deus Sábaoth. Pleni sunt cæli et terra glória tua.

Hosánna in excélsis. Benedíctus qui venit in nómine Dómini.

Hosánna in excélsis.

Confitémur tibi, Pater sancte, quia magnus es et ómnia ópera tua in sapiéntia et caritáte fecísti. Hóminem ad tuam imáginem condidísti, eíque commisísti mundi curam univérsi, ut, tibi soli Creatóri sérvians, creatúris ómnibus imperáret. Et cum amicítiam tuam, non oboédiens, amisísset, non eum dereliquísti in mortis império. Omnibus enim misericórditer subvenísti, ut te quæréntes invenírent. Sed et foe´dera plúries homínibus obtulísti eósque per prophéas erudísti in exspectatiõne salutis.

Et sic, Pater sancte, mundum dilexísti, ut, compléta plenitúdine téporum, Unigénitum tuum nobis mítteres

de la vida; hiciste todas las cosas para colmarlas de tus bendiciones y alegrar su multitud con la claridad de tu gloria. Por eso, innumerables ángeles en tu presencia, contemplando la gloria de tu rostro, te sirven siempre y te glorifican sin cesar.

Y con ellos también nosotros, llenos de alegría, y por nuestra voz las demás criaturas, aclamamos tu nombre cantando:

### Sanctus

Santo, Santo, Santo es el Señor, Dios del Universo. Llenos están el cielo y la tierra de tu gloria.

Hosanna en el cielo. Bendito el que viene en nombre del Señor.

Hosanna en el cielo.

Te alabamos, Padre Santo, porque eres grande, y porque hiciste todas las cosas con sabiduría y amor. A imagen tuya creaste al hombre y le encomendaste el universo entero, para que, sirviéndote sólo a ti, su Creador, dominara todo lo creado. Y cuando por desobediencia perdió tu amistad, no lo abandonaste al poder de la muerte, sino que, compadecido, tendiste la mano a todos, para que te encuentre el que te busca. Reiteraste, además, tu alianza a los hombres; por los profetas los fuiste llevando con la esperanza de salvación.

Y tanto amaste al mundo, Padre santo, que, al cumplirse la plenitud de los tiempos, nos enviaste como Salvador a

Salvatórem. Qui, incarnátus de Spírítu Sancto et natus ex María Vírgine, in nostra condiciónis forma est conversátus per ómnia absque peccáto; salútem evangelizávit paupéribus, redemp tiónem captívis, mæstis cor de lætítiam. Ut tuam vero dispensatiónem impléret, in mortem trádidit semetípsum ac, resúrgens a mórtuis, mortem destrúxit vitámque renovávit.

Et, ut non ámplius nobismetípsis viverémus, sed sibi qui pro nobis mórtuus est atque surréxit, a te, Pater, misit Spírítum Sanctum primítias credéntibus, qui, opus suum in mundo perfíciens, omnem sanc tifi cationem compléret.

Quæ sumus ígitur, Dómine, ut idem Spírítus Sanctus hæc múnera sanctifi cáre dignétur, ut Corpus et ✠ Sanguis fi ant Dómini nostri Iesu Christi ad hoc magnum mystérium celebrándum, quod ipse nobis relíquit in foedus ætérnum.

Ipsé enim, cum hora venísset ut glorifi carétur a te, Pater sancte, ac dilexísset suos qui erant in mundo, in fi nem diléxit eos: et cenántibus illis accépit panem, benedíxit ac fregit, dedítque discíplis suis, dicens:

ACCÍPITE ET MANDUCÁTE  
EX HOC OMNES: HOC EST  
ENIM CORPUS MEUM,  
QUOD PRO VOBIS TRADÉTUR.

tu único Hijo. El cual se encarnó por obra del Espíritu Santo, nació de María, la Virgen, y así compartió en todo nuestra condición humana menos en el pecado; anunció la salvación a los pobres, la liberación a los oprimidos y a los afligidos el consuelo. Para cumplir tus designios, él mismo se entregó a la muerte, y, resucitando, destruyó la muerte y nos dio nueva vida.

Y porque no vivamos ya para nosotros mismos, sino para él, que por nosotros murió y resucitó, envió, Padre, al Espíritu Santo como primicia para los creyentes, a fi n de santificar todas las cosas, llevando a plenitud su obra en el mundo.

Por eso, Padre, te rogamos que este mismo Espíritu santifique estas ofrendas, para que sean Cuerpo y ✠ Sangre de Jesucristo, nuestro Señor, y así celebremos el gran misterio que nos dejó como alianza eterna.

Porque él mismo, llegada la hora en que había de ser glorificado por ti, Padre Santo, habiendo amado a los suyos que estaban en el mundo, los amó hasta el extremo. Y, mientras cenaba con sus discípulos, tomó pan, te bendijo, lo partió y se lo dio, diciendo:

TOMAD Y COMED TODOS  
DE ÉL, PORQUE ESTO ES  
MI CUERPO, QUE SERÁ  
ENTREGADO POR VOSOTROS.

Símili modo accípiens cálicem, ex genímine vitis replétum, grátias egit, dedítque discíplis suis, dicens:

ACCÍPITE ET BÍBITE  
EX EO OMNES: HIC EST ENIM  
CALIX SÁNGUINIS MEI NOVI  
ET ÆTÉRNÍ TESTAMÉNTI, QUI  
PRO VOBIS ET PRO MULTIS  
EFFUNDÉTUR IN  
REMISSIÓNEM PECCATÓRUM.  
HOC FÁCITE IN MEAM  
COMMÉMORATIÓNEM.

**V.** Mystérium fídei.

**R.** Mortem tuam annuntiámus, Dómine, et tuam resurrectiÓnem confitémur, donec vénias.

Unde et nos, Dómine, redemptiÓnis nostræ memoriále nunc celebránte, mortem Christi eiúsque descénsus ad ínferos recólimus, eius resurrectiÓnem et ascensiÓnem ad tuam déxteram profitémur et, exspectánte ipsíus advéntum in glória, offérimus tibi eius Corpus et Sanguinem, sacrificium tibi acceptábile et toti mundo salutáre.

Réspice, Dómine, in Hóstiam, quam Ecclésiæ tuæ ipse parásti, et concéde benígnus ómnibus qui ex hoc uno pane participábunt et cálice, ut, in unum corpus a Sancto Spírítu congregáti, in Christo hóstia viva perfi ciántur, ad laudem glóriæ tuæ.

Nunc ergo, Dómine, ómnium recordáre,

Del mismo modo, tomó el cáliz lleno del fruto de la vid, te dio gracias y lo pasó a sus discípuos, diciendo:

TOMAD Y BEBED TODOS DE ÉL, PORQUE ÉSTE ES EL CÁLIZ DE MI SANGRE, SANGRE DE LA ALIANZA NUEVA Y ETERNA, QUE SERÁ DERRAMADA POR VOSOTROS Y POR TODOS LOS HOMBRES PARA EL PERDÓN DE LOS PECADOS. HACED ESTO EN CONMEMORACIÓN MÍA.

**V.** Éste es el Sacramento de nuestra fe.

**R.** Anunciamos tu muerte, proclamamos tu resurrección. ¡Ven, Señor Jesús!

Por eso, Padre, al celebrar ahora el memorial de nuestra redención, recordamos la muerte de Cristo y su descenso al lugar de los muertos, proclamamos su resurrección y ascensión a tu derecha; y mientras esperamos su venida gloriosa, te ofrecemos su Cuerpo y su Sangre, sacrificio agradable a ti y salvación para todo el mundo.

Dirige tu mirada sobre esta Víctima que tú mismo has preparado a tu Iglesia, y concede a cuantos compartimos este pan y este cáliz, que, congregados en un solo cuerpo por el Espíritu Santo, seamos en Cristo víctima viva para alabanza de tu gloria.

Y ahora, Señor, acuérdate, de todos

pro quibus tibi hanc oblationem offerimus: in primis famuli tui, Papæ nostri N., Episcopi (Prælati) nostri N., et Episcoporum ordinis universi, sed et totius cleri, et offerentium, et circumstantium, et cuncti populi tui, et omnium, qui te quærunt corde sincero.

Meménto etiam illorum, qui obiérunt in pace Christi tui, et omnium defunctorum, quorum fides tu solus cognovisti.

Nobis omnibus, filiis tuis, clemens Pater, concede, ut cælestem hereditatem consequi valeamus cum beata Virgine, Dei Genetrice, María, cum Apóstolis et Sanctis tuis in regno tuo, ubi cum universa creatura, a corruptione peccati et mortis liberata, te glorificemus per Christum Dominum nostrum, per quem mundo bona cuncta largiris.

**V.** Per ipsum, et cum ipso, et in ipso, est tibi Deo Patri omnipotenti, in unitate Spiritus Sancti, omnis honor et gloria per omnia sæcula sæculorum.

**R.** Amen.

### **Ritus communionis**

**V.** Præceptis salutáribus móniti, et divína institutióne formáti, audémus dicere:

Pater noster, qui es in cælis: sanctificetur nomen tuum; advéniat regnum tuum; fides at voluntas tua, sicut in cælo, et in terra. Panem nostrum cotidiánum da nobis hódie; et sicut et nos dimittimus

aquellos por quienes te ofrecemos este sacrificio: de tu servidor el Papa N., de nuestro Obispo (Prelado) N., del orden episcopal y de los presbíteros y diáconos, de los oferentes y de los aquí reunidos, de todo tu pueblo santo y de aquellos que te buscan con sincero corazón.

Acuérdate también de los que murieron en la paz de Cristo y de todos los difuntos, cuya fe sólo tú conociste.

Padre de bondad, que todos tus hijos nos reunamos en la heredad de tu Reino, con María, la Virgen Madre de Dios, con los apóstoles y los santos; y allí, junto con toda la creación libre ya del pecado y de la muerte, te glorifiquemos por Cristo, Señor nuestro, por quien concedes al mundo todos los bienes.

**V.** Por Cristo, con él y en él, a ti, Dios Padre omnipotente, en la unidad del Espíritu Santo, todo honor y toda gloria por los siglos de los siglos.

**R.** Amén.

### **Rito de la Comunión**

**V.** Fieles a la recomendación del Salvador y siguiendo su divina enseñanza, nos atrevemos a decir:

Padre nuestro, que estás en el cielo, santificado sea tu Nombre, venga a nosotros tu reino, hágase tu voluntad en la tierra como en el cielo. Danos hoy nuestro pan de cada día, perdona

debitóribus nostris; et ne nos indúcas in tentatiónem; sed líbera nos a malo.

**V.** Líbera nos, quæsumus, Dómine, ab ómnibus malis, da propítius pacem in diébus nostris, ut, ope misericórdiæ tuæ adiúti, et a peccáto simus semper líberi et ab omni perturbatióne secúri: exspectántes beátam spem et advéntum Salvatóris nostri Iesu Christi.

**R.** Quia tuum est regnum, et potéstas, et glória in sæcula.

**V.** Dómine Iesu Christe, qui dixísti Apóstolis tuis: Pacem relínquo vobis, pacem meam do vobis: ne respicias peccáta nostra, sed fi dem Ecclésiæ tuæ; eámque secúndum voluntátem tuam pacifi cáre et coadunáre dignéris. Qui vivis et regnas in sæcula sæculórum.

**R.** Amen.

**V.** Pax Dómini sit semper vobíscum.

**R.** Et cum spíritu tuo.

**V.** Offérte vobis pacem.

### Agnus Dei

Agnus Dei, qui tollis peccáta mundi: miserére nobis.

Agnus Dei, qui tollis peccáta mundi: miserére nobis.

Agnus Dei, qui tollis peccáta mundi: dona nobis pacem.

**V.** Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccáta mundi. Beáti qui ad cenam Agni vocáti sunt.

nuestras ofensas, como también nosotros perdonamos a los que nos ofenden; no nos dejes caer en la tentación, y líbranos del mal.

**V.** Líbranos de todos los males, Señor, y concédenos la paz en nuestros días, para que, ayudados por tu misericordia, vivamos siempre libres de pecado y protegidos de toda perturbación, mientras esperamos la gloriosa venida de nuestro Salvador Jesucristo.

**R.** Tuyo es el Reino, tuyo el poder y la gloria, por siempre, Señor.

**V.** Señor Jesucristo, que dijiste a tus apóstoles: «La paz os dejo, mi paz os doy», no tengas en cuenta nuestros pecados, sino la fe de tu Iglesia y, conforme a tu palabra, concédele la paz y la unidad. Tú que vives y reinas por los siglos de los siglos.

**R.** Amén.

**V.** La paz del Señor esté siempre con vosotros.

**R.** Y con tu espíritu.

**V.** Daos fraternalmente la paz.

### Agnus Dei

Cordero de Dios, que quitas el pecado del mundo, ten piedad de nosotros.

Cordero de Dios, que quitas el pecado del mundo, ten piedad de nosotros.

Cordero de Dios, que quitas el pecado del mundo, danos la paz.

**V.** Este es el Cordero de Dios, que quita el pecado del mundo. Dichosos los invitados a la cena del Señor.

**R.** Dómine, non sum dignus ut intres sub tectum meum: sed tantum dic verbo, et sanábitur ánima mea.

**Antiphona ad communionem**

**Oratio post communionem**

**R.** Amen.

**Ritus conclusionis**

**V.** Dóminus vobíscum.

**R.** Et cum spírítu tuo.

**V.** Benedícat vos omnípotens Deus, Pater, et Fílius, ✠ et Spírítus Sanc tus.

**R.** Amen.

**V.** Ite, missa est.

**R.** Deo grátias.

**R.** Señor, no soy digno de que entres en mi casa, pero una palabra tuya bastará para sanarme.

**Antífona de comunión**

**Oración después de la comunión**

**R.** Amén.

**Rito de conclusión**

**V.** El Señor esté con vosotros.

**R.** Y con tu espírítu.

**V.** La bendición de Dios todopoderoso, Padre, Hijo ✠ y Espírítu Santo, descienda sobre vosotros.

**R.** Amén.

**V.** Podéis ir en paz.

**R.** Demos gracias a Dios.